



## BOLETÍN ECLESIASTICO

DEL

## Obispado de Astorga.

---

**SUMARIO.**—Noticias del Ilmo. Sr. Obispo.—Carta de Su Santidad á los Arzobispos y Obispos del Brasil.—Decretum Urbis et Orbis.—Noticia histórica del Congreso Católico de Burgos.—Sumario de la revista «Soluciones Católicas» de Valencia.

---

Nuestro Excmo. Prelado salió de esta ciudad para Madrid el día cinco del corriente, con objeto de gestionar asuntos de interés para la Diócesis. El día nueve tomó posesión del cargo de Senador para el que había sido elegido por la provincia eclesiástica de Valladolid. Las noticias de la salud del Sr. Obispo, son, gracias á Dios, satisfactorias.

---



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PP. XIII

---

EPISTOLA  
AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIAE

---

VENERABILIBUS FRATRIBUS ARCHIEPISCOPIIS ET EPISCOPIIS BRASILIAE

---

**LEO PP. XIII**

*Venerabiles Fratres: Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Paternæ providæque Nostræ in gentem vestram sollicitudinis magnopere lætamur haud mediocrem fructum, vestra potissimum industria, Venerabiles Fratres, fuisse perceptum. Apostolicis enim Litteris inhærentes, quas dedimus die II mensis Iulii anno MDCCCXCIV, studio ac labore vestro effecistis ut et excitaretur in populo pietas, et in sacri ordinis viris vetus disciplina revivisceret. Neque vero Nos latet quantum operæ contuleritis ad incolumitatem et iura tuenda religiosorum Sodalium qui ex antiquis Familiis istius regionis superfuerunt, ad eosque in pristinum instituti florem revocandos; quibus utilissime consociantur alii ex Europa Fratres, quorum nobilem impetum non longitudo itineris, non inclementia cœli, non dissimillimi mores retardarunt. Accedunt recentius institutæ Congregationes, æque complures, concordii studio vestro accitæ, sive condendis aut moderandis ephebeis, sive sacris missionibus obeundis, sive aliis præstandis in sacerdotali munere, ad quæ impar numero clerus iste minime sufficeret. Non ultimam denique afferunt solatii causam seminaria apud vos vel aucta numero vel in melius restituta.

Fausta hæc initia et habiti huc usque progressus spem iniiciunt brevi fore, ut amplificatæ per Nos istic sacræ Hierarchiæ



maiora in dies incrementa respondeant. Quod quidem quum probata industria, ac perspecta diligentia vestra, Venerabiles Fratres, tum etiam prona ad pietatem et indole et consuetudine Brasiliannorum gens satis polliceri videntur.

Sunt quædam tamen ad rei catholicæ profectum ita necessaria, ut ea semel attigisse non satis sit; commemorari sæpius et commendari velint. Huc potissimum pertinet cura in Seminariis collocanda, quorum cum statu fortuna Ecclesiæ coiungitur maxime. In eorum igitur disciplina instauranda illud in primis cordi est, quod nonnulli sacrorum antistites iam feliciter præstiterunt, ut separatis ædibus, suisque seorsim institutis ac legibus, degant alumni, qui spem afferant sese Deo mancipandi per sacros ordines, eorumque domus retineant Seminarii nomen; aliæ, instituendis ad civilia munia adolescentibus, Convictus vel Collegia episcopalia nuncupentur. Quotidiano enim usu constat, mixta Seminariorum Ecclesiæ consilio ac providentia minus respondere; ea contubernia cum laicis causam esse quamobrem clerici plerumque a sancto proposito dimoveantur. Hos decet vel a prima ætate iugo Domini assuescere, pietati vacare plurimum, inservire sacris ministeriis, vitæ sacerdotalis exemplo conformari. Arcendi ergo mature a periculis, seiungendi a profanis, instituendi iuxta propositas a Sancto Carolo Borromeo leges saluberrimas, quemadmodum in Europæ Seminariis præcipuis fieri videmus.

Eadem vitandi periculi ratio suadet ut comparatur alumnis rusticatio ad feriandum, nec arbitrium relinquatur suæ cuique ipsorum adeundæ familiæ. Multa enim pravitatis exempla manent incautos, præsertim in colonicis iis domibus, ubi operariorum familiæ glomerantur; quo fit ut, in juveniles cupiditates proni, aut ab incepto deterreantur, aut sacerdotes futuri sint offensionis populo. Rem istic iam tentatam feliciter a quibusdam Episcopis maxime commendamus; auctoresque sumus vobis, Venerabiles Fratres, ut facta communiter eiusmodi lege, adolescentis cleri tutelæ melius in posterum, prospiciatis.

Nec minus in votis est, quod alias significavimus, ut scribendis vulgandisque catholicis diariis naviter æque ac prudenter impendatur opera. Vix enim, quæ nostra ætas est, aliunde haurit



vulgus opiniones sibi que fingit mores, quam ex quotidianis hisce lectionibus. Interim ægre est iacere arma hæc apud bonos, quæ impiorum manibus tracta lenocinio callidissimo, miserrimum fidei et moribus exitium parant. Acuendus igitur stilus est excitandæque litteræ ut veritati vanitas cedat et incorruptæ voci rationis atque iustitia sensim obsequantur præiudicatæ mentes.

Huic utilitati finitima est alia, quæ ex accesione catholicorum hominum ad rempublicam eorumque cooperatione in cœtum oratorum legibus ferendis derivatur. Neque enim voce minus quam scripto, neque gratia et auctoritate minus quam litteris optime quæque causæ iuvare possunt. Adscisci etiam aliquando in eos cœtus sacri ordinis viros haud inopportunos videtur; quim etiam iis præsiis et quasi Religionis excubiis optime licet Ecclesiæ iura tueri. Verum illud cavendum maxime, ne ad hæc fiat tanta contentio, ut misera ambitione magis aut partiuri cæco studio, quam rei catholicæ cura impelli videantur. Quid enim indignius, quam digladiari sacros ministros ut ex procuratione reipublicæ rem perniciosissimam in civitatem inducant, seditionem atque discordiam? Quid vero si in deteriorum consilia ruentes constitutæ auctoritati perpetuo adversentur? Quæ omnia mirum quantum offensionis habent in populo et quantum invidiæ conflant in clericum. Modeste igitur utendum iure suffragii; vitanda omnis suspicio ambitionis, reipublicæ munia capessenda prudenter; a supremæ vero auctoritatis obsequio discedendum nunquam.

Placuit iterum, Venerabiles Fratres, hortatores esse ad eas artes, quibus christianæ rei bono apud vos opportune consulatur. Atque utinam egregiæ voluntati vestræ non essent impares vires, nec optimis consiliis in usum deducendis impedimento esset angustia pecuniæ. Nec enim, ut antea, ex publico ærario suppeditantur sumptus aut Vobis, aut Canonorum Collegiis, aut Seminariis, aut Curionibus, aut ædificatione templorum. Una pæne restat, cui liceat inniti, gratificandi popularis voluntas. Nihilominus hac in re spem affert eximiam Brasilianæ gentis consuetudo, ex animi sui nobilitate, in largitiones paratissima, præsertim in iis quæ pertinent ad bene de Ecclesia merendum, atque hanc scilicet ipsorum laudem Litteris Nostris superius memoratis exor-



navimus, quum de dote constituenda novis diocesibus, quæ opis indigent maxime, nihil habere Nos diximus quod præciperemus; in Brasiliæ populi pietate ac religione satis Nobis esse fiduciæ. ipsum episcopis non defuturum. Ac libenter quidem in exemplum proponeremus effusam benignitatem, qua septentrionalis Americæ filii suis episcopis, longe numero pluribus, itemque catholicis collegiis, scholis, ceterisque piis institutis certatim occurrunt, nisi vestra natio domesticis exemplis iisque esplendissimis abundaret. Memoria ne excidat quod conspicua templa maiores vestri extruenda curaverint, quod monasterii dotem constituerint, quam grandia christianæ pietatis ac beneficentiæ vobis monumenta reliquerint.

Opitulandi autem Ecclesiæ necessitatibus modi suppetunt plures. In his perutile deducimus ut sua in quaque diœcesi constituantur arca, quo annuam conferant stipem fideles, ab delectis e cœtu nobiliore viris ac feminis colligendam, nutu et ductu Curionum. Decet autem horum primas esse in largiendo partes; quod optime efficient, si ex certis redditibus, quibus ipsi fruuntur sæpe lautissimis aliquid cedant, et super incertos proventus vim aliquam pecuniæ sibi solvendam imponant, instar vectigalis.—Nec minus auxilio esse possunt episcopis inopia laborantibus monasteria illa piæque sodalitates, quibus amplior est res, rectiusque publico bono fuerit consultum si arcæ diocesanæ destinetur haud exigua illa pecuniæ summa, quæ in profana spectacula solet a quibusdam ex memoratis sodalitatibus coniici.—Si qui denique, fortunæ bonis præ ceteris affluentes, maiorum sectari morem laudabilem velint ac testamento cavere sive piis sodalitatibus, sive cœtibus aliis exercendæ beneficentiæ gratia, eos vehementer hortamur, ut pecuniæ summam aliquam meminerint legare episcopis, qua hi relevati et res Ecclesiæ et dignitatem suam tueri valeant.

Vestram egimus causam, Venerabiles Fratres, Nos ipsi, quos temporum iniuria cogit Petri stipem rogare constantius. Ceterum vos primum erigat cogitatio fiduciæ in Deo collocandæ; *quoniam ipsi cura est de nobis* (1); animoque subeant Apostoli verba: *qui*

(1) I, Petri, V, 7.



*autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ* (1). Clerus vero ac populus, quibus regendis Spiritus Sanctus vos posuit episcopos, sibi oculis proponat pristinam illam credentium liberalitatem, quorum multitudinis *erai cor unum et anima una* (2); qui de sancta Ecclesiæ societate multo magis quam suis de fortunis solliciti *vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, et ponebant ante pedes Apostolorum* (3). Meminerint Pauli verba quibus eos ad ultimum compellamus; *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, et præsent vobis in Domino, et monent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum* (4).

Interea cœlestium munerum auspiciem ac benevolentiae Nostræ testem, Vobis, venerabiles Fratres. Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XVIII Septembris ann. MDCCCXCIX, Pontificatus nostri vicesimo secundo.

**Leo PP. XIII.**

---

## **Urbis et Orbis.**

### **Decretum de regulis seu normis ad dignoscendas veras indulgentias ab apocryphis.**

Inter cetera quæ huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ munera sunt tributa, illud, supereminet discernendi nimirum veras Indulgentias ab apocryphis easque proscribendi. Cui quidem muneri satis ipsa fecit plurimis editis

(1) II, Cor. IX, 10.

(2) Act. IV, 32.

(3) Act. IV, 34-35.

(4) I, Thess. V, 12-13.



ad hæc usque tempora decretis de apocryphis Indulgentiis in authentica Decretorum collectione contentis. Verum etsi hæc S. Congregatio vigilans ab ipso suæ institutionis exordio semper exstiterit quoad indulgentiarum publicationem, ne falsæ in Christianum populum irreperent, nihilominus, quum hac etiam nostra ætate non desint, qui, vel mala voluntate aut etiam irrationabili zelo perculsi, falsas, vel ut minimum valde suspectas, Indulgentias sive orationibus, sive piis exercitiis adnexas propalare inter fideles non vereantur, hinc factum est ut plures Antistites hanc S. Congregationem adiverint, ut de aliquibus Indulgentiis suum iudicium ederet. Id potissimum præstiterunt ea causa permoti ut non solum veræ a falsis Indulgentiis discernerentur, sed præsertim ut Ecclesiæ hostibus via precluderetur eam calumniandi, et aspernendi cœlestem Indulgentiarum thesaurum.

Porro S. Congregatio ut huic malo, quoad fieri posset præsens remedium adhiberet, regulas seu normas quasdam statuere excogitavit, quibus præ oculis habitis nedum locorum Ordinariis, sed et ipsis Christifidelibus facilis aperiretur via ad dignoscendum quodnam sit ferendum iudicium de aliquibus Indulgentiis, quæ passim in vulgus eduntur, dubiamque præseferunt authenticitatis notam.

Hoc vero S. Congregationis propositum SS.mo. Dño. Nostro Leoni XIII delatum, eadem Sanctitas Sua illud approbabit iussitque quam primum executioni mandari.

Quare S. Congregatio, adhibito studio Rmorum. Consultorum, Indicem prædictarum [regularum elucubrandum curavit; quem deinde in generali Congregatione ad Vaticanum coadunata die 5 Maii 1898 examini Emmorum. PP. Cardinalium subiecit. Hi vero postquam præfatum Indicem mature perpenderit, eundem, in aliquibus immutatum, in altera Congregatione denuo expendendum sibi reservarunt.

Quod quidem actum est in generalibus Comitiis ad Vaticanum habitis die 3 Augusti 1899, in quibus Emi. et Rmi. Patres Indicem uti infra proponendum censuerunt:



REGULA I.

*Authenticæ sunt omnes indulgentiæ, quæ in novissima Collectione a S. Indulgentiarum Congregatione edita continentur.*

REGULA II.

*Indulgentiæ generales, quæ in supradicta Collectione non exhibentur, vel quæ concessæ feruntur post editam Collectionem, tunc solummodo habendæ erunt ut authenticæ, cum earumdem concessionis authographum monumentum recognitum fuerit a S. Indulgentiarum Congregatione, cui, sub nullitatis pœna, exhibendum erit antequam publicentur.*

REGULA III.

*Authenticæ habeantur Indulgentiæ concessæ Ordinibus et Congregationibus religiosis, Archiconfraternitatibus, Confraternitatibus, Archisodalitiis, Sodalitiis, piis Unionibus, piis Societatibus, nonnullis Ecclesiis celebrioribus, Lociis piis et Obiectis devotionis, quæ continentur in Summariis recognitis et approbatis a S. Congregatione indulgentiarum, eiusque auctoritate vel venia typis editis.*

REGULA IV.

*Non habeantur ut authenticæ Indulgentiæ sive generales, sive particulares, quæ continentur in libris, in libellis, in sumariis, in foliis, in chartulis, sive etiam in imaginibus, impressis sine approbatione auctoritatis competentis; quæ approbatio concedenda erit post diligentem recognitionem et distincte exprimenda.*

REGULA V.

*Apocryphæ, vel nunc prorsus revocatæ, sunt omnes Indulgentiæ mille vel plurium millium annorum quocumque tempore concessæ dicantur.*

REGULA VI.

*Suspectæ habeantur Indulgentiæ plenariæ quæ asseruntur concessæ recitantibus pauca dumtaxat verba: exceptis Indulgentiis in articulo mortis.*



REGULA VII.

*Reiciendæ sunt ut apocryphæ Indulgentiæ, quæ circumferuntur in libellis, foliis seu chartulis impresiis vel manuscriptis, in quibus ex levibus aut etiam superstitiosis causis et incertis revelationibus, vel sub illusoriis conditionibus promittantur Indulgentiæ et gratiæ usum et modum excedentes.*

REGULA VIII.

*Ut commentitia reiicienda sunt folia, et libelli, in quibus promittitur fidelibus unam alteramve precem recitantibus liberatio unius vel plurium animarum a Purgatorio: et Indulgentiæ quæ dictæ promissioni adiici solent ut apocryphæ habendæ sunt.*

REGULA IX.

*Apocryphæ, vel saltem ut graviter suspectæ, habeantur Indulgentiæ recentioris assertæ concessionis, si ad inusitatum numerum annorum vel dierum producuntur.*

Quas quidem regulas per me infrascriptum Cardinalem eiusdem S. Congregationis Præfectum SSmo. Dño Nostro Leoni PP. XIII relatas in Audientia diei 10 Augusti 1899 eadem Sanctitas Sua approbabit, mandavitque per generale Decretum publicari.

Datum Romæ ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 10 Augusti 1899.

Fr. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Præfectus*  
L. † S.

† A. SABACUCCI ARCHIEP. ANTINOEN. *Secr.*





# NOTICIA HISTÓRICA

DEL

## CONGRESO CATÓLICO DE BURGOS

(*Conclusión*)

Como preparación para dedicarse con fruto á las tareas del Congreso, el día 30 de Agosto, á las siete de la mañana, en la antigua Capilla donde se venera el milagroso *Cristo de Burgos*, se dijo una Misa de comunión para los socios así titulares como honorarios, siendo edificante en extremo ver á centenares de personas acudir á la Sagrada Mesa con muestras del mayor fervor y piedad para recibir el Pan de los fuertes. El celebrante, Excmo. Sr. Obispo de Lérida D. José Messeguer y Costa, dirigió á los congresistas una sentida plática, congratulándose de su devoción, avivando su fe en la presencia real de Jesucristo en la Hostia consagrada, y exponiendo la pureza de intención y la santidad de fines con que se había de tomar parte en los trabajos del Congreso.

A las nueve y media de la mañana del indicado día se celebró solemne Misa pontifical con asistencia de innumerables congresistas y de las Autoridades civiles y militares, para las que se habían colocado sitios de preferencia: el Excmo. Ayuntamiento asistió en corporación precedido de los máceros y clarineros. Por la capilla de música de la catedral, reforzada con importantes elementos de diversas procedencias, se ejecutó esmeradísima-mente la Misa en *la*, que, dedicándola al Excmo. Sr. Arzobispo, compuso el maestro Barrera, y de la cual la prensa y los inteligentes han hecho los mayores elogios, calificándola de verdadera maravilla. Ofició el Excmo. Sr. Obispo de Oviedo D. Ramón Martínez Vigil y predicó el de Lugo D. Benito Murúa, de cuyo sermón, así como de los discursos pronunciados en las sesiones generales, nada hemos de decir, porque podrán leerse impresos. A la misma hora, después de la Tercia cantada por el



Cabildo, se celebró el día 3 de Septiembre una solemne Misa Pontifical, á la que se permitió asistiesen los fieles no congregados, predicando el Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Santiago, y oficiando el Emmo. Sr. Pro-Nuncio de Su Santidad, quien tuvo la inestimable atención de honrar con su presencia las últimas reuniones del Congreso, siendo recibido y despedido en la estación por todas las Autoridades, y cumplimentado por distinguidos particulares y representantes de las diversas corporaciones, que así mostraban su respeto y afecto al ilustre Representante del inmortal y amadisímo León XIII.

Las sesiones generales fueron cinco: principiaban con el *Veni, Creator* y concluían con el *Tu es Petrus*, hermosas páginas musicales compuestas por el maestro Barrera y admirablemente interpretadas: la concurrencia de socios era siempre tal que el anchuroso templo difícilmente podía contenerla: las señoras tenían señalado sitio especial. La primera sesión fué el día 30 de Agosto á las tres de la tarde: el presidente Emmo. Sr. Cardenal Cascajares, Arzobispo de Valladolid, leyó el discurso inaugural; y el Congreso pasó á constituirse en secciones, una vez que el Secretario indicó los locales, el nombre de los Ponentes y los puntos de estudio. Las tres sesiones siguientes se tuvieron á las nueve y media de la mañana: los discursos de la primera fueron los de D. Esteban Crespi Valdaura, Conde de Orgaz, D. Antonio Royo Catedrático de la Universidad de Valladolid, y D. Luis Montoto Abogado de Sevilla: los de la segunda, de D. Alfredo Brañas Catedrático de la Universidad de Santiago, D. Antolin López Pelaez Doctoral de la Metropolitana de Burgos, y D. Francisco Rubio Arcipreste de Sanlúcar de Barrameda: y los de la tercera, de D. Marcelo Macias Director del Instituto de Orense, D. Francisco Casso Catedrático de la Universidad de Sevilla, y D. Manuel Polo y Peyrolón del instituto de Valencia: en esta sesión leyó el Rvmo. Sr. Obispo de Potosí D. Ignacio Montes de Oca un discurso que fué acogido con muestras de la mas viva simpatía. En la sesión de clausura del Congreso, presidida por el Emmo. señor Pro-Nuncio, el día 3 á las cuatro de la tarde, se aprobaron por aclamación las conclusiones votadas por las secciones respectivas.



Al principio de cada sesión se leían los telegramas de adhesión recibidos.

El comité de la obra de los Congresos católicos nacionales de Francia envió su *adhesión fraternal*: los católicos suizos, reunidos en asamblea general, dirigieron *saludo fraternal* á los congresistas de Burgos, haciendo votos *por la prosperidad de la amada, noble y generosa nación española*: se oyó con vivas demostraciones de entusiasmo y de afecto la contestación que los Prelados americanos reunidos en Concilio en Roma daban al Excmo. Sr. Arzobispo de Burgos, quien les había suplicado honrasen con su presencia el Congreso. El primer acto de este había sido enviar un saludo de respeto y de amor al augusto prisionero del Vaticano; los congresistas recibieron con estruendos aplausos y con muestras de la mayor veneración el telegrama que á continuación se copia, firmado por el Emmo. señor Cardenal Rampolla, Secretario de Estado de Su Santidad: «El Padre Santo, que no duda jamás del afecto de los obispos españoles, se alegra mucho de saber que están reunidos en Congreso para proveer acordes á la observancia de las normas ya prescritas por la Santa Sede, esperando mucho de su celo para poner remedio á los males de la hora presente. Entretanto, agradeciéndoles sumamente su nuevo homenaje de filial adhesión, les envía la Bendición Apostólica á todos, y á los sacerdotes y fieles con ellos congregados».

Con ser tan grande el número de socios que asistieron á las sesiones generales, no hubo que lamentar ningún desagradable incidente: el orden fué completo y la compostura cual correspondía á las distinguidas personas que llenaban el inmenso recinto. Se procuró, en lo posible, elegir oradores que á la circunstancia de no haber hablado en los anteriores Congresos uniesen la de una bien sentada reputación literaria y científica; y que la Junta organizadora no anduvo desacertada en la elección patentizáronlo los aplausos nutridísimos que obtuvieron todos los discursos. Las mesas para los periodistas se habían colocado, según sus deseos, junto á la puerta llamada de la Pellejería, para que, sirviéndose de ella, pudieran mas facilmente enviar las notas telegráficas: tal



vez el ser aquél sitio el mas distante de la tribuna de los oradores, sería la causa de que no oyendo bien todas las expresiones de estos, interpretaran algunas equivocadamente, dando lugar á que conocidos los aplausos con que fueron acogidas, se fantaseara acerca del espíritu dominante en la asamblea: lo que hubo de cierto es que una vez mas se manifestó allí que los católicos no transigen con los errores condenados por la Santa Sede, y que no se ha extinguido en sus corazones el entusiasmo por los ideales y aspiraciones de la Iglesia de Dios.

Durante los días del Congreso las cuatro secciones del mismo tenían sesión á una misma hora, á las tres y media la primera, *de asuntos piadosos*, en la Capilla del *Condestable* en la Catedral; la segunda, *de asuntos de propaganda*, en la Capilla del Seminario; la tercera, *de asuntos sociales*, en la *sala de los retratos* en la Catedral; y la cuarta, *de asuntos jurídicos*, en el *salón de actos* en el Seminario: de la 1.<sup>a</sup> fué el Presidente el Excmo. Sr. Obispo de Vitoria D. Ramón Piérola, Secretario D. Anselmo Salvá, y Ponentes D. Victoriano Aragón Director de la *Revista Eclesiástica* de Valladolid, Fr. Juan Vicente Prior del Carmen de Burgos, D. Francisco Jarrin Catedrático del Instituto de Salamanca, D. Anselmo Salvá Cronista de la ciudad de Burgos, y Fr. Gabriel Casanova Catedrático del Colegio franciscano internacional de Roma: de la 2.<sup>a</sup>, Presidente el Excmo. Sr. Obispo de Oviedo, Secretario D. Martín Dominguez Berrueta, Ponentes D. Antonio M. Hernandez Fajarnés Rector de la Universidad de Zaragoza, D. Manuel Castro Canónigo de Valladolid, D. Martín Domínguez Director de *El Lábaro* de Salamanca, D. Delfin Donadéu Catedrático de la Universidad de Barcelona, y D. Juan F. Mambrilla Decano de la Facultad de Derecho en la Universidad de Valladolid: de la 3.<sup>a</sup>, Presidente Excmo. Sr. Obispo de Tarragona D. Juan Soldevilla, Secretario D. Tomás Alonso de Armiño, Ponentes D. Tomás Alonso Catedrático del Instituto de Cádiz, D. Ildefonso Guepin Abad mitrado de Silos, D. Antonio Vila Nadal Catedrático de la Universidad de Granada, D. Maximiliano Arboleya Canónigo de Oviedo, D. Juan M. Ortí y Lara Catedrático de la Universidad de Madrid, y D. Arístides de Artiñano



Secretario del Banco Hispano Colonial de Barcelona: 4.º, Presidente Exmo. Sr. D. Luis Felipe Ortiz Obispo de Zamora, Secretario D. Rafael Rodríguez de Cepeda, Ponentes D. Andrés Manjon Catedrático de la Universidad de Granada, D. Prudencio Mello Lectoral de Burgos, D. Pedro Urraca Catedrático de la Universidad de Valladolid, D. Cajetano Ramos Dean de Sigüenza, y D. Rafael Rodríguez Catedrático de la Universidad de Valencia.

Los Ponentes cumplieron su cometido como era de esperar de su reconocida competencia: informaron exactamente acerca de las Memorias enviadas para el Congreso, que días antes les habían sido entregadas: formularon las conclusiones que habian de ser discutidas, y de las cuales se hizo después numerosa tirada, y contestaron á las observaciones hechas por algunos autores de Memorias y por otros socios distinguidos. La discusión, en la mayor parte de los casos, versó únicamente acerca de la forma externa que habia de darse á las conclusiones. Las sesiones de la sección segunda fueron las mas concurridas, hasta el punto de resultar pequeña la gran Capilla del Seminario: hicieron uso de la palabra, entre otros, los Sres. Polo y Peyrolon, Poy, Villarejo, Carulla, el Prior del Carmen de Burgos, los Lectorales de Oviedo y de Valladolid, los Congregantes de S. Luis de Madrid Sres. Salavert y Nacarino, el Magistral de la Calzada, el Párroco de Quintanilla S. García, el de S. Sebastian de Madrid Sr. Pavía, D. Antonio Quintanilla, don Arístides Artiñano, el Presbitero de Bilbao Sr. Echeverria, el Capellan de las Huelgas de Burgos Sr. Dorao, el Presbítero Sr. Cirés de las Heras, don Luciano Martínez, el Catedrático del Seminario de Logroño Sr. Metola, el de Valladolid Sr. Morgades, el Excmo. señor Obispo de Jaen D. Victoriano Guisasola, y el de Menorca don Salvador Castellote. Aunque los temas de esta sección eran de los que más apasionan los ánimos y respecto á los que no había completa igualdad de criterio en los católicos españoles, y personas extrañas al Congreso procuraron con no sana intención entrar en el local fingiendo tener billetes de congresistas, nada desagradable ocurrió: la discusión fué viva y



animada, como no podía menos, dada la materia que debía discutirse, pero sin faltar á la caridad ni á las buenas formas sociales, y adoptando los oradores el tono propio de quien habla en una reunión privada y entre hermanos: el Presidente estuvo muy acertado cuando intervino en las discusiones, y fué elocuente ejemplo de cuán tolerantes son los Prelados en todo aquello en que cabe discusión. Los Sres. Obispos se dignaron asistir á las diversas reuniones de las cuatro secciones y tomar muy activa parte en sus tareas.

Terminado el Congreso, y en el local del mismo, el día cuatro á las diez de la mañana, tuvo lugar, con asistencia del Pro-Nuncio de Su Santidad Emmo. Sr. Nava di Bontifé, y de los Rvmos. Prelados, la solemne distribución de premios á los autores laureados en el Certámen: se leyó la poesía premiada; el Srío. D. Anselmo Salvá dió lectura de la memoria relativa al acto, pronunció un discurso el Presidente D. Antolín López Peláez, y en los intermedios cantó con notable afinación y maestría el laureado orfeón burgalés. Por la tarde, llevando la veneranda imagen de la Virgen de Oca, salió de la Catedral, presidida por el incansable Sr. Nuncio de S. S., solemnísimá procesión, en que iban las cofradías, asociaciones piadosas, las cruces parroquiales, los sacerdotes regulares y seculares de Burgos, gran número de congresistas, los Prelados, el Ayuntamiento, con varas de plata, y el Sr. Gobernador civil.

Fué especial providencia de Dios Nuestro Señor que con tanta aglomeración de gente como aquellos memorables días había en la Ciudad no se tuviera que lamentar ninguno de los sucesos ordinarios en casos semejantes: á ello contribuyeron la buena voluntad y acertadas disposiciones del Gobernador civil Sr. Villarino y del Alcalde Sr. Cavada. El pueblo de Burgos manifestó elocuentemente y de muchas maneras que sabía apreciar la honra que se le dispensó celebrando aquí el 5.º Congreso de los católicos españoles; y el Excmo. Ayuntamiento para hacer más agradable la estancia de los congresistas organizó variados y lucidos festejos, la prensa de toda España y aun mucha del extranjero prestó al Congreso atención extraor-



dinaria; y mientras los periódicos católicos hicieron de él grandes elogios, los enemigos de la Iglesia le honraron con sus ataques é injurias; prueba evidente de su especial importancia para la defensa y fomento de los intereses religiosos, y garantía segura de que, con el favor divino, habrá de ser extraordinariamente fecundo en resultados prácticos.

---

Hemos recibido el cuaderno número 14 de *Soluciones católicas* que se publica en Valencia, cuyo sumario que copiamos á continuación, demuestra la importancia de esta Revista, tan económica cuanto útil para el Clero.

He aquí lo que dicho número contiene:

### **Sumario.**

#### *Primera Parte. — Sección científica y literaria.*

«El método de inmanencia en apologética,» por D. Rigoberto Domenech.

«La evolución ante la fe y la ciencia,» por D. M. J. G. Aritero

«La regla de San Benito» (continuación), por D. Beda Plaine.

#### *Sección canónica y litúrgica,*

Cuestión litúrgico canónica

Sagrada Congregación de Estudios.

#### *Sección de Variedades.*

Bibliografía.—P. Janssens: «Prælectiones de Deo Uno quas ad modum Commentarii in Summam Theologicam D. Aquinatis.» por D. Constantino Torno, Pbro.

Revistas de revistas.—«L' Association catholique». Número de 15 de Octubre de 1899. «Charité, justice, propriété». —«Revista Antimasónica». —Número de Octubre de 1899. «La Massonería», Studio stórico-crítico (continuazione). —«El Eco franciscano número de Octubre de 1899. «Por los fueros de la verdad».

Vacantes.—Nombramientos.—Necrología.

#### *Segunda Parte. — Sección de encíclicas y pastorales.*

Pastoral del Ilmo. Sr. Obispo de Osma sobre la Cuaresma.

Pastoral del Ilmo. Sr. Obispo de Lérida sobre lo mismo.

---

Astorga.—Imp. y Lib. de la Viuda é Hijo de López, Rua antigua, 5 y 7